

Universitätsbibliothek Wuppertal

Epistolæ obscurorum virorum

cvm inlvstrantibvs adversariisqve scriptis

Textvs

Hutten, Ulrich von

Lipsiæ, 1864

40. Herbordus Mistladerius

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-976](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-976)

39.

Nicolaus Luminatoris
Domino Magistro Ortvino

tot salutes mittit,

quot in uno anno nascuntur culices et pulices. 5

Scientifice præceptor magister Ortvine: ego significo vobis plures grates, quam habeo crines in corpore meo, quod dedistis mihi consilium quod deberem ambulare ad Coloniam pro studio ad bursam Laurentii. Pater meus fuit optime contentus, et dedit mihi .X. florenos, et emit mihi unam magnam cappam cum liripipio nigri coloris. In primo die quando veni¹⁰ ad universitatem, et deposui beanium in prædicta bursa, tunc didici unum notabile, quod non vellem carere pro .X. albis. Quidam poeta Hermannus Buschius venit ad istam bursam cum suo negotio ad unum regentem collateralalem. Tunc ille magister dedit sibi manum suam, et excepit eum reverentialiter dicens: 'Unde mihi hoc quod mater domini venit ad me?' Et¹⁵ Buschius respondit: 'Si dominus noster non habuit pulchriorem matrem quam ego sum, certe ipsa non fuit multum pulchra'; et non intellexit illam subtilem retoricalem allegoriam, quam ille regens bursalis prætendit in suo sermone. Ego spero quod volo adhuc multa in hac alma universitate discere tam utilia sicut hoc notabile est. Hodie emi processum burse; cras²⁰ debeo arguere in disputatione bursali, de illa materia, utrum materia prima sit ens in actu, vel potentia. Colonię ex bursa Laurentii.

40.

Herbordus Mistladerius

Magistro Ortvino

incomparabili in doctrina præceptoris suo sulsissimo

Salutem dicit quam nemo dinumerare poterit. 25

Illuminatissime magister, quando discessi a vestra dominatione ad Suollis ante duo annos, promisistis mihi ad manum meam quod velitis mihi frequenter scribere, et mihi modum dare dictandi in vestris dictaminibus:³⁰ ast non facitis, et mihi non scribitis sive vivitis, sive non vivitis; sive vivitis sive non vivitis, non tamen scribitis ut scio quid est, quomodo vel qualiter est. Sancte deus, quomodo me sollicitatis: rogo vos propter deum et sanctum Georgium, liberate me ex mea cura, quia timeo quod caput

³ d. 1. 3. d, 2. ⁸ dererē 3. : pater 1. ¹⁰ nigro 3. ¹² illa 3.

³¹ , ast 1. 2. ^{31.32} sive v. s. n. vivitis non repetit 2. ³¹ Geozgium 1.